



## LIBRI QUARTI ARGUMENTUM.

---

*HISTORIA.* Avaritiæ, Gulæ, & Voluptati homoturpiter, post primi peccati lapsum, servit, sibi ipsime gravis, etiam cum suis indulget affectibus.

*POESIS.* Fingitur Avaritia degener Sarcotheæ proles, & admonitionis famæque contemptrix, fordido humilique ingenio, obscuro in antro effodiendo auro Operam dare, quam infames pedissequæ Fraus, Usura, & Rapina stipant; quarum habitus, studia, moresque describuntur. Hæc Martis consanguinea, & Autolyco patre nata, tecto vultu ac nomine in Potentium aulis potissimum versatur, omnesque, in pace & militia, subditos exhaustit. Par Avaritiæ Simulatio, quæ Paupertatis hostis, sub honesti specie & titulo servire mavult, quam egere; Curæ, Timori, & Inquietudini, inter pericula & eversiones opum, semper obnoxia; nunquam explenda, quantumvis abundet. Sarcotheam matrem necessitate magis, quam affectu, sibi conjunctam habet. Hanc cum frustra reprehendisset Arete, ad Voluptatis amœna viridiaria se transtulit, ut ingentem adolescentium huc adfluentium turbam meliori consilio ad Virtutem reduceret, quos partim epulis & choreis, Gulam Luxuriamque sequentes offendit, par-

tim